AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 241r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in conspectu eius annuntiabo. Repetitio est et in superioribus duobus versibus et in his consequentibus sententiae duae sunt. Si utraque bis dicta. Una est illa. Voce mea ad dominum clamaui. Voce mea ad dominum deprecatus sum. Alta est. Effundam ante eum preces meas. Tribulationes meas in conspectu eius annuntiabo. Quod est enim ante eum. Hoc est in aspectu eius. Et quod est precem meam effundam. Hoc est tribulationes meas annuntiabo. Quando hoc facis? In persecutione positus loquitur.

Vbi deficiat anima spes mea. Quare deficit spes tua o martyr in tribulatione posita? Vt non in arrogantiae uires meas. Ut sciam quod alius in me operatur ipsa uirtute. Cum autem tradent uos iudicibus, sic monuit dominus quos martyres facere uolebat. Nolite cogitare quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini. Sed spes patris uestri qui loquitur in uobis. Ergo deficiat spes tua. Loquatur spes dei. Ecce cos pauperes spiritu facere uolebat. Beati pauperes spiritu. Quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati qui pauperes spiritu suo. Diuites spiritu dei. Omnis enim homo qui spiritum suum sequitur superbus est. Subdat spiritum suum et capiat spiritum dei. Ibat in culmen. Residat in uallem. Si erit in culmen. Denatat ab illo aqua. Si in uallem resederit. Implebitur ea. Et fit ille uentus de quo dictum est. Flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Ergo dum deficit anima spes mea in conspectu tuo annuntiauit tribulationem meam. Humilis factus. Confitens et deficiente spiritu meo. Cum plenus spiritu tuo. Et audierunt forte homines quia defecit in me spes mea. Et desperauerunt de me. Et dixerunt. Ceperunt eum. Oppressum eum. Et tu cognouisti semitas meas. Iuxta me directum putabant. Iuxta me stantem cernebas. Iuxta quod persequebantur et comprehenderant implicatos putabant pedes meos. Sed illos obligauerant pedes et ceciderunt. Nos autem surreximus et erecti sumus.

Oculi mei semper ad dominum. Quo ipse euellat de lacu pedes meos. Peccauerant ambulando. Qui enim peccauerunt usque in finem. Hic saluus erit. Iuxta me oppressum putabant. Ego ambulabam. Vbi ambulabam? In semitis quas illi non uidebant quia me captum putant in semitis iustitiae tuae. In semitis praeceptorum tuorum. Tu enim cognouisti semitas meas. Perfecto non eas cognouit. Nam non eas in uiuderet. Ut in eis mecum ambularet. Quae est iste semita. Non uia illa de qua alio loco dicit. Nouit dominus uiam iustorum. Et uiam impiorum peribit.

Quod dixit uiam impiorum non nouit. Nouit iustorum. Impiorum autem peribit. Quod enim non nouit peribit. Quibus locis scriptum inuenimus. Et dicit agnosce. Seruare est. Inde enim quod nouit omnia dicitur esse in fine. Non nouit uos. Non inde gaudeamus et dicamus non puniuit. Et non nos nouit iudex. Iam puniuit. Si eos non nouit iudex. Quae quidem dicit sunt uae quos nouit dominus ipse. Hic dicit est semi